



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

De pestifera impiorum in salutis negotio socordia. 98.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

## S A C R A

ipsa se aucupi ante illos, ut præ-  
 dæ parata, offert, ita se vertens,  
 ac gestus dispensans, ut nec pe-  
 riculo penitus aut manibus se  
 præbeat, neque item insidiant  
 spem omnino eripiat. Sic itaque  
 illum inter vtrumque versando,  
 occupando, in se retinendo, spatio  
 dat pullis comode fugiendi: atque  
 ita denique ipsa euolat. Caue igitur,  
 ne tibi quoque, idem quod au-  
 cupi, usu veniat, nimirum certa pro-  
 incertis relinquens, ac spe firmam  
 vana commutans. Hæc ille, de per-  
 dice loquens, cui eiusmodi tech-  
 nam Aristoteles in libris de Hi-  
 stor. Anim. ascribit.

De pestifera impiorum in sa-  
 lutis negotio socordia.

98.

**Q**uo premitur somno lethargicus, excutit illum  
 Si soboles, agrè fert pater, atque gemit.  
 Sic toties, Vigilate, Deus cum clamet in aures,

*Vilior est nobis vita sopore tamen  
 Atque soporatos ludunt insomnia rerum,  
 Et falsæ solidis anteferuntur opes.  
 Sicque Ithaca sumum, veluti Laërtius olim,  
 Præferimus vitæ, quæ sine fine viget.*

## SCHOLIA.

Quo premittitur) Augustinus ple-  
 risque locis, ac præsertim in lib. *Hom. 11*  
 50. Homil. similitudinem ducit à  
 probo filio, qui parètem lethar-  
 gia laborare, ac proinde nihil  
 aliud quàm somno indulgere  
 velle conspiciens, eum subinde  
 excitat, ac quamlibet pium eius-  
 modi officiū acerbo animo pater  
 ferat, nō tamen eū in mortiferum  
 somnū ruentē vellicare desinit.  
 Atq; ita demū hæc verba infert.  
 Dominus tibi clamat, Noli dormi-  
 re, ne in æternū dormias, euigila,  
 ut mecū viuas, & patrem habeas,  
 quem nunquam efferes: & sur-  
 dus es? Hæc autem similitudo in  
 eos quadrat, qui molestè ferunt

se admoneri, vt peccatū abiiciat,  
quod quidem Scriptura per sapē  
somnia appellat. Quousque  
enim piger dormies, inquit Sa-  
piens? Et Paulus, fratres, iam ho-  
ra est nos de somno surgere.

*Prover. 6.*

*Rom. 13.*

*Lib. 1.*

*Odys.*

*Sicque Ithaca*) Vlysses, vt refert  
Homerus, post ingentes ac diu-  
turnos labores exantlatos, tanto  
patriæ desiderio flagrabat, vt eti-  
am cum immortalitate cōmuta-  
re recusaret, idque pro eximia at-  
que incomparabili quadam bea-  
titudine duceret, nimirum Ithacæ  
suæ vel fumum duntaxat prospice-  
re. Quod quidem Clemens A-

*Adhort.*

*ad Gent.*

lexandrinus Gentilibus eleganter  
accommodat, qui sanctissimæ  
Christianorum religioni, quæ a-  
nimos ad æternam vitam ducit,  
impias & execrandas supersticio-  
nes suas præferebant. Quod etiā  
ad eos omnes in vniuersum re-

ferri

ferri potest, qui mundi voluptates ac diuitias, quas Sapiens instar fumi repente dilabi atque evanescere inquit, futurę beatitudini anteponunt. Sap. 5.

Salutis studio, dum licet, inuigilandum esse.

99.

*Dente pecus rabido latissima gramina rodit,  
 Ut gelidos sentit non procul esse dies.  
 Nam bruma veniente sibi quia pabula cernit  
 Nulla fore, idcirco, dum licet, antè capit.  
 Ergo hyemem Christi quoque tu pecus affore noscas,  
 Gramine qua molli sicca carebit humus.  
 Quare age, mentem epulis sanctis explere labora,  
 Dum potes, aut quavis es mage stultus ove.*

SCHOLIA.

*Dente pecus*) Basilius magnus *Hom. 9.*  
 in *Hexam.*  
 nem, impendentem hyemem præsentientem pabulo sese ingurgitare ait, velutque ad futuram egestatem viatica sibi comparare: hincque homines admoneri, ut huic vitę non perditio quodam